

timeat vā illud, adjicientibus aut detrahentibus A
 prouenturum Apoc. ult. Si ergo pastorum ad
 onus non modō obligationem, sed & obligatio-
 nis finem considerantes secundū Deum loqui-
 mur; quemadmodum ubi subditorum salus
 pastoris præsentiam exigit, non debet pastor
 personaliter suam gregem deserere, neque prop-
 ter aliquod commodum temporale, neque prop-
 ter periculum personale, ut post Scripturam &
 Aug. loquitur Angelicus noster doctor 2. 2. q.
 185. a. 5. ita pestifero cuiusvis generis morbo
 communiter grassante, non debet pastor sacramen-
 tum omnes privare, sed pascere. *Fugiant, ait Aug. Epist.*
180. quando eorum quisquam a persecutoribus spe-
cialiter quæritur; cum autem omnium, id est, Episco-
porum & clericorum est commune periculum, & qui
alijs indigent, non deserantur ab his quibus indigent.
Si enim ministri desunt, quantum exitium sequitur
eos qui de isto saculo vel non regenerati exeunt vel
ligati? Quantum etiam est luctus fidelium suorum
qui eos secum in vita æterna requie non habebunt?
Quantus denique gemitus omnium, & quorundam
quanta blasphemia de absentia inferiorum & mi-
nistrorum? Vide quid faciat malorum temporalium
timor, & quantum in eo sit acquisitio malorum æternor-
um. Vā dicitur Ezech. 34. pastoribus Israël qui
 quod infirmum est non consolidant, quod ægro-
 tum non sanant, quod contractum non alligant,
 quod abjectum non quærunt.

Sed pastori (inquit) mors imminet si pesti-
 ferus adeat, si consoletur, si pascat. Fateor com-
 mune periculum; sed cogitet pastoris officium.
 Bonu pastor animam suam dat pro ovibus suis, Joan.
 10. Sciat ministerij sui vincula quibus eum Chri-
 sti charitas alligavit, non esse rumpenda, nec cibum
 illis subtrahat quos pascere debuerat, magis timeat
 ne membra corporis Christi destituta spiritali vi-
 tu, necentur, quam membra corporis sui, pestiferā
 sed temporali contagione torqueantur.

Confer
 qua di-
 ximus
 ad sup-
 ple. qu.
 32. ar. 3

Ob.

Hic fortē quis dicat, ideo debere Christi mi-
 nistros fugere à talibus imminentiis malis, tum ut
 se pro utilitate ecclesie temporibus tranquillioribus
 seruent, tum ut sanis sacramenta ministrent. D
 Rectē hoc fit à quibusdam quando non desunt alij
 per quos suppletur ecclesiasticum ministerium,
 ne ab omnibus deseratur: sed non perinde ubi
 omnes æquē pro morientium ministerio necessarij:
 Si perniciosum est, inquit Nicolaus Pontifex 7. q.
 1. Can. Soscularis, proretam in tranquillitate navem
 deserere, quanto magis in fluctibus non quod vel per-
 secutorum insidias, vel morbi pericula non fugiant,
 modo non desit Ecclesia ministerium in tanta pericu-
 lositate necessarium; Sed quod illos præcipue qui tanquam
 arietes ducatum gregibus præbent, imo qui & horum
 pastores sunt Deo auctore, cum eis in periculis per-
 sistere, pro certo conveniat. Cui enim naucleus
 maxime est necessarius; navi prosperè eunti, an
 fluctuanti? cui medicus, sano, an ægroto? cui pas-
 tor, ovi luporum insidias detegere, & per sani-
 tatem fugere adhuc valenti, an extremi certaminis
 periculoso in agone versanti? Quis credat ita Do-
 minum fieri voluisse, ut sacramentorum ministerio
 per eum salutariter instituto tunc greges quos suo
 sanguine comparavit deserantur à pastoribus,
 quando periculosus de ipsorum salute agitur?
 Adversarius quidem noster diabolus semper tam-
 quam leo rugiens circuit quærrens quem devoret:
 sed calcaneo præsertim insidiatur; An non ut
 ovem pastore aut pastoris ope carentem rapiat,
 Sylv. Orationes Theologica.

Resp.

furetur, mactet? Si ergo pastor fugiat, non jam
 pastor, sed mercenarius reputabitur. Respondet
 fortē & dicit: Ecce hic fum, non fugi. Fugisti
 quia tacuisti, quia torpuidisti, quia pabulum non
 dedisti, quia lupum non abegisti. Si pastor es, dic
 cum pastore gentium Paulo 2. Cor. 12. *Ego autem*
libentissimè impendam & superimpendam ipse pro
animabus vestris. Christi amor, inquit Aug. tract.
123. in Joannem, in eo qui pascei oves ejus, in tam
magnum debet crescere ardorem, ut vincat etiam
mortis naturalem timorem. Unde Greg. scribens ad
 Episcopos Narniensem & Carthag. lib. 2. Epist. 2.
 & lib. 8. Epist. 41. qualiter se in ejusmodi luis tem-
 pestate gerere deberent: non admonent ut saluti
 suæ consulentes gregem derelinquant, sed ut pro
 eo vitam exponant, hortatur, ab admonitionibus
 & exhortationibus non cessantes. Sed & ipse,
 dum pestis inguinaria Italiam depopularetur, ita
 ut in processione per eum instituta, octoginta
 homines spiritum exhalarent; tantum abest ut
 metu mortis populo deesset, quin potius preces
 supplicationesque publicas geminavit, donec in
 litania quam septiformer vocabant, auditis Ang-
 gelorum vocibus resonantium *Regina cali latere,*
 Respondit Pontifex, ora pro nobis *Deum,* dixitque
 Dominus Angelo percipienti populum, sufficit,
 nunc contine manum tuam. Atque ut instar ho-
 minis patrisfamilias qui profert de thesauro suo
 nova & vetera, (Math. 13.) recentius aliquid
 memoremus, imitentur pastores Illustrissimum
 Carolum Boromæum S. R. Eccl. Cardinalem &
 Archiep. Mediolan. Is cum sævissimum pestilentie
 morbus Mediolanum, depascere, ut trecentos
 una dies abriperet, nunquam intermisit oves visi-
 tare bonus pastor; & cum vicariorum operā uti
 potuisset, ipse per se sacrosanctæ Eucharistiæ sa-
 cramentum ad infirmos deferere. Invidium pro-
 fectō pastoris animum; quem si nostrates imitari
 voluerint, ad portum salutis, ubi nunc sanctorum
 catalogo est ascriptus, appellent: debent vero ta-
 lem imitari, si & officio suo satisfacere, & statu-
 tis Synodal. volunt obsequi: In A. domar. enim
 tit. 19. cap. 1. de pastoribus ita dicitur: *semper tam*
noctū quam interdū ad administranda sacramenta
& alia quacumque officij sui, parochianis suis sese
exhibeant paratissimos: nec deserant quacumque in
infirmiate constitutos, etiam peste contagiosissima,
nisi per alium ijs sufficienter provisum fuerit. In
 Iprensi etiam, tit. 8. *Infirmos visitent, consolentur,*
 & ad patientiam instruant, atque ecclesiastica sa-
 cramenta (etiam in quacumque infirmiate consti-
 tutis) administrant, non solum quando ad hoc fuerint
 requisiti, sed se illos ad administrandum sacramenta
 proposita eorum utilitate & necessitate offerant pa-
 ratos, & salutaribus monitis ipsos ad petendum ea
 sibi administrari, inducant. Veritatem ergo in
 Christo loquimur (audientes) quando animarum
 Curatoribus obligationem dignimus sacramenta
 penitentiae, Eucharistiæ, & Unctiois extremæ
 subditis suis administrandi, non obstantē pestis aut
 cuiusvis alterius morbi contagiosi periculo: ita
 tamen ut officio suo functos arbitremur, si per se
 vel per alium id exequantur. Unde Synod. 2.
 Provincialis Cameracensis tit. 5. cap. 10. *Tamei si*
(ait) sacra Synod. non ignoret pastores ex se paratos
esse administrare sacramenta omnibus suis parochia-
nis, etiam peste infectis, tamen quia experientia
cognitum est eam esse multorum parochianorum in-
firmitatem & pusillanimitatem, ut à proprio parochio